

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Nachträge und Berichtigungen zu Bd. 1 - 3. Register zu Bd. 2, 3 und 4,1

Schulte, Aloys

Straßburg, 1898

1265

[urn:nbn:de:bsz:31-326727](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326727)

in eadem capella ad dominum curie, in qua fundata existit, qui fuerit pro tempore, tantum spectet nec is eam ulli persone nisi in sacerdotio constitute licentiam habeat conferendi, alioquin decanus ecclesie Argentinensis predicte ipsum super hoc, monitione videlicet 8 dierum premissa, corrigat et emendet. si enim post hujusmodi monitionem octo dierum predictus dominus factum suum non duxerit revocandum capellam predictam sacerdoti libere conferendo, extunc prefatus decanus ipsam tamquam vacantem conferat pro sue voluntatis arbitrio sacerdoti et tantummodo illa vice, nullo sibi ex hoc jure in posterum circa collationem ipsius nisi ex casu simili acquisito, nec domini predicte curie reluctantis vel instituti ab eo reclamatio ullum prestat obstaculum, quominus mea voluntas suprascripta debitum sorciatur effectum. quod enim fundator pia consideratione instituendum existimavit, nequaquam erit contrariis actibus evellendum, sed in omnibus ejus propositum justitia et pietatis favore subnixum debet irrefragabiliter custodiri secundum legitimas sanctiones. ut autem premissa dispositio rata et firma perpetuo valeat remanere, ipsam sigillorum venerabilis patris H[einrici] dei gratia episcopi, capituli Argentinensis et mei munimine feci sollempniter roborari.¹ datum anno domini 1265, 9 kalendas maji.

D aus Straßb. Domcapitels-Archiv or. mb. c. 3 sig. pend. laesis.

246. *Aufzeichnung über eine Meßstiftung im Straßburger Chor und andre durch den Custos des Straßburger Domcapitels, Berthold von Ochsenstein, getroffene Verfügungen. [um 1265.]*

Doc. 25

Cum ea, que cultui et reverentie divini impenduntur nominis, non sint ponenda sub modio sed super candelabrum, ut lucem Christi fideles intueantur et videant ac per hoc ad opera caritatis et creatoris obsequia reddantur proniores, ad universorum presencium et futurorum noticiam expedit pervenire, qualiter vir honorabilis Berchtoldus de Ohsenstein custos, olim decanus Argentinensis, ordinavit et statuit, ut qualibet ebdomadibus, una in qua occurrit natalis domini, secunda resurrectionis et tertia pentecostes, missa in die sabbati, si quoquo modo fieri poterit et non impedit festum aliud, alioquin aliquo dierum precedentium ejusdem ebdomade sollempniter ad laudem et honorem virginis gloriose dei genitricis Marie in choro Argentinensi debeat celebrari. de voluntate etiam tocus capituli Argentinensis et assensu idem custos redditus 27 quartalium siliginis in villa Rorahe^a sitos et 18 quartalium in

a) R in Rorahe auf Räsar.

¹ *In dem Streite des Bischofs Heinrich von Straßburg mit der Stadt Mülhausen in den Jahren 1266—1270 erscheinen als Bevollmächtigte des Bischofs magister Cünradus de Rodeshein clericus et familiaris noster wohl derselbe wie Cunradus clericus dictus Pastor, ferner magister Billungus clericus judex curie noster und magister Wernlinus de Nordera, ferner treten noch auf Hermannus de Tierstein custos Argentinensis und F[ridericus] cellerarius sancti Petri Argentinensis. Vergl. Mossmann Cartulaire de Mulhouse I, nr. 24—97 nach den Archivalien i. Straßb. Bez.-A. G fasc. 112.*

banno Wihersheim^a sitos sua pecunia propria comparatos feodo in Wilgotheim univit et adaptavit ita, quod quicumque^b dominus seu possessor ejusdem feodi fuerit in posterum, denarios usualis monete Argentinensis, qui de uno quartali siliginis provenire poterunt juxta communem estimationem et secundum quod eodem die in foro vendi poterit, dabit qualibet ebdomoda et presentabit ei, quem decanus Argentinensis, qui pro tempore fuerit, ad hoc duxerit deputandum, dividendos per illum fideliter inter canonicos et ceteros prebendarios Argentinenses, quibus hujusmodi remedia sive obventiones dividi consueverunt, qui eidem misse intererunt, postquam agnus dei fuerit decantatum, quodsi propter interdictum forsā ecclesie vel civitatis aut alia quacunquē de causa una ebdomoda vel pluribus sive quocumque etiam tempore longiore dictam missam continget non celebrari, extunc sequenti ebdomoda proxima, qua cessante hujusmodi impedimento divina resumī contigerit et prescriptam missam decantari, ut est dictum, omnia neglecta per omnes hujusmodi ebdomodas distribuantur extunc nichilominus in choro et insuper denarii unius quartalis siliginis eidem diei deputati, ut est preordinatum, ita quod ex tali divinorum suspensione aut negligentia dominus predicti feodi nullum commodum vel emolumentum consequatur. contulit preterea dictus custos et assignavit ad usus fabrice ecclesie Argentinensis medietatem, quam habuit in molendino sito apud villam^c Schaftoltsheim 20 quartalia frumenti annis singulis valentem, ut eidem fabrice perpetuo deserviat in sui memoriam et suorum. preterea univit idem custos curie sue claustrali, quam inhabitabat vite sue temporibus, ortum suis sumptibus comparatum et paratum, situm ex opposito jam dicte sue curie, statuens, ut quicumque dominus sive possessor ejusdem curie et orti fuerit in posterum, 20 solidos Argentinensis monete usualis annis singulis in ipsius anniversario, 10 videlicet solidos in vigiliis et reliquos 10 in missa pro defunctis distribuat et procuret dividi in choro Argentinensi inter presentes canonicos et ceteros, quibus talia remedia dividi consueverunt.

Preterea dominus portarius Argentinensis de predicta villa Wihersheim redditus decem quartalium siliginis singulis annis deinceps percipiet ab eodem domino custode suo precio similiter comparatos. quorum 5 quartalia in anniversario ipsius domini custodis, quod semper 12 kalendas maji est celebrandum,¹ ad vigiliis et ad missam mortuorum unacum libra prenotata dividat vel dividi procuret, ut superius est expressum. reliqua vero quinque quartalia in anniversario domini Heinrichi pie memorie fratris ipsius domini custodis, quod semper 6 idus novembris est faciendum,² retenta sibi portione debita, modo prehabito in choro presentibus dividi procurabit.

Apr. 20

Nov. 8

M aus Melker Codex fol. 45 bis fol. 45^v Z. 9 Eintrag von einer Hand aus der zweiten Hälfte des 13ten Jahrh., der letzte Absatz von anderer ein wenig späterer Hand nachgetragen. Da der Custos Berthold von Ochsenstein 1264 zuletzt urkundlich erscheint und sein Bruder Heinrich noch früher nicht mehr nachweisbar ist, so ist das Stück in das Jahr 1265 und später zu setzen.

a) XVIII bis Wihersheim auf Rasur später nachgetragen. b) quicumque auf Rasur. c) villam auf Rasur.

¹ Vergl. den Eintrag unter dem angegebenen Datum im Seelbuch: obiit Bertoldus custos Argentinensis, dividuntur 20 solidi et 5 quartalia siliginis. S. Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh. N. F. III, 95.

² Vergl. den Eintrag unter dem angegebenen Datum im Seelbuch: obiit Heinrichus de Ohsenstein, dividuntur 5 quartalia siliginis. S. Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh. N. F. III, 201.